



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sacra Veterum Temporum Uti Et Evangelica, Ac
Apostolica Historia**

Steinhart, Franz

Ingolstadii, 1734

VD18 90104692

De Secta Sadducæorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62332)

simul misit sicarios in Gazam, ut tertium quoque filium Ioannem tollerent; qui autem in tempore monitus eos antevertit ipsosque occidit.

Atque h̄ic cum vita Simonis sacra veteris Testamenti Historia omnino desinit; nam gesta, bella, & virtutes Joannis, ex quo factus est Princeps Sacerdotum post Patrem suum, scripta quidem fuerunt in libro dierum Sacerdotii ejus, sed liber ille interiit, quare deinceps unicus in Historia Judaica Dux erit Iosephus Judæus à lib. 13, antiquitatum c. 14. & sequentibus. quam antequām prosequamur, de Judæorum hæresibus ac Synagogis pauca referemus.

Finis sacrae
veteris Testa-
menti Histo-
riæ.
c. ult. v. 23.
& 24.

De Judæorum Hæresibus.

Joannis ferè tempore ortæ sunt inter Judæos duæ præcipuæ hæreses sive sectæ Saducæorum & Phariseorum; quibus accesserunt duæ aliae Scribarum & Herodianorum tunc, cùm Christus suam doctrinam prædicaret, maximè vigentes.

De Secta Sadducæorum.

Adducæi à Sadoc sectæ Principe appellati dicebant non esse resurrectionem mortuorum; neque Angelum neque spiritum. sed & animas unâ cum corporibus simul & eodem tempore extingui putabant. In reliquis sentiebant cum Samaritis; nisi quod, Judæi cùm essent, Jerosolymis Sacrificia ficerent. Huic sectæ adhærebant non quidem multi, sed tamen dignitate præcipui, ut Principes Sacerdotum & ferè Optimates Judæorum, libertatem carnis præ aliis sentantes.

De Secta Phariseorum.

DHarisæi ab Hebraica voce Phares latinè Separatio ita nominati, eò quod ab aliis separati essent doctrina, sanctitate, habitu, omnia, quæ Sadducæi negabant, admisere; multas tamen inaneas cæremonias, superfluos ritus ac superstitiones traditiones obser-